



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

Index Capitvum Libri Secvndi. De ingressu in Societatem, & probatione,
tum quæ illum antecedit, tum eitam quæ sequatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

hies in maiori austeritate corporali fuisse fundatas, quantum ad ea, quæ pro toto corpore religionis per generales regulas designabantur, id verò ortum est ex diuersitate finis, studiorum, actionum ac laborum; & ideo hæc diuersitas non est contrarietas, sed potius conformitas proportionata. Quoad vsum autem, & exercitium earundem, vel æquiualentium austeritatum, & afflictionum corporis ortum etiam ex vi regulæ, licet diuerso modo propolita, fortasse non est magna diuersitas; & si qua est, aliis muneribus compenſatur, vt satis explicatum est. Denique addere possumus primam, & antiquissimam religionem fuisse religionem Apostolorum, quæ quia non fuit instituta ad vitam quietam, vel solitariam, aut otiosam, vt Augustinus loquitur, nec vt membra eius in vno loco confisterent; sed per vniuersum mundum discurrent, ideo non legitur fuisse fundata in certa, aut vniiformi austeritatis regula, præter tria substantialia religionis vota, cum maxima eorum perfectione in ordine ad il-

lum finem, qui Actor. 6. illis verbis exprimitur: *N: v: orationi, & ministerio verbi instantes eramus.* Vnde licet certum sit Apostolos castigasse corpora sua, & in seruitutem redeſſe, modus tamen non est certus, nec vnus & idem pro omnibus fuit definitus, sed vnusquisque, quod prudenti arbitrio suo muneris iuxta proportionem virium, & actionum expedire iudicabat, egisse creditur. Nam de Iacobo fratre Domini refert Eusebius lib. 2. histor. c. 24. ex Hegesippo, nunquam induisse lanceam vestem, sed sola syndone lineæ vsum: alij verò hoc non obseruarunt, & ita est de aliis rebus ad vsum corporis accommodatis. Illud ergo institutum suo modo imitatur Societas, eiusque alumni conari debent, vt, quoad possint, Apostolos imitentur. Hoc, inter alia, obseruato discrimine, quòd Apostoli in huiusmodi rebus, ab Spiritu sancto proximè, & specialissimè regebantur: nobis autem Superioris iudicium, & voluntas pro regula propolita est.

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

De ingressu in Societatem, & probatione, tum quæ illum antecedit, tum etiam quæ sequitur.

- Cap. I. **R** Eſtne instituta sint aliqua impedimenta substantialiter impediencia ingressum in religionem Societatis, & quænam illa sint?
- II. *De quodam alio impedimento ex defectu originis.*
- III. *De impedimentis accidentalibus, seu quæ conditiones seruandæ sint, quæve probatio antecedere debeat, vt aliquis conuenienter in Societatem IESV recipiatur.*
- IV. *An biennium ingressis iam Societatem pro secunda probatione, seu Nouitiatu conuenienter sit assignatum?*
- V. *De experientis huius secunde probationis in Societate IESV.*

LIBER